

tatem fidejuslores invenire non poslunt. *Wesemb.*
in parat. ff. quisatisd. cog. n. 10. & seq.

CCCLXXXVII.

*Quandiu durare soleant actiones
 Prætoriæ?*

VT TUT OLM pleræque fuerint annuae. pr. *Inst. de
 perpet. & temp. act.* Hodiè tamen sic benè de-
 finietur; quod, quæ rei persecutionē habent, per-
 petuae sint. *l. in honorariis. 35. pr. ff. de O.* & *A. exempl.*
l. i. pr. ff. de vi & vi arm. l. i. ff. de publican. (nisi ex-
 pressè angustioribus terminis sint inclusæ, ut
 sunt nominatim eæ, quæ contra jus civile dan-
 tur, *d. l. 35. in fin. pr.* seu restitutions in integrum,
 quibus olim præsinitus erat annus utilis, hodiè
 verò datum est quadriennium continuum. *l. ult.*
C. de temp. in. integr. rest. exceptâ actione doli, cui
 datum biennium. *l. ult. C. de dol.*) Quæ verò pœ-
 nae persecutionem habent, sint annales: *d. l. 55.*
 nisi vel in locum civilium surrogatæ, *exemp. pr. in*
fin. Inst. de perp. & temp. act. vel ex legibus de-
 promptæ, monendi magis, quam de novo consti-
 tuendi causâ edicto comprehensæ, *exempl. l. fur-*
tim. 7. §. hæc actio. 6. junct. l. 11. ff. arbor. furt. cæs. vel
 denique affinitatis ratione, quā cum civilibus ha-
 bent, simpliciter & absque præfinitione tempo-
 ris, quò perpetuae intelligerentur, propositæ sint:
exem. l. ult. §. i. & ult ff. naut. caup. stab. & l. i. pr. junct.
l. hæc actio. 13. ff. de serv. corr. & notandum; quod,
 ut olim annus in actionibus Prætoriis accipien-
 dus fuit utilis. *l. item si cum exceptione. 14. §. in cau-*

T

ſa cognit.